

*Laurentius Iohannis, a priest from the diocese of Strängnäs, wished to study but had no means to do so. He therefore made a written promise to the Johannite brothers in Eskilstuna that he would join their order, if they supported his studies. For seven years he has studied at the expense of the monastery and has now been promoted to Holy Orders. However, since Laurentius doubts that he can bear the austerity of regular life, he has changed his mind and no longer wishes to enter any religious order. Instead, he wants to remain a secular priest and intends to repay the monastery for its expenses. The regent Julianus, bishop of Bertinoro, absolves Laurentius from breach of faith, changes the vow to other pious deeds, grants him dispensation to remain a secular priest and assigns defence for him, on condition that the written document does not contain an implicit or explicit binding clause. The auditor Mercurius adds that the monastery's expenses must be refunded. The case is referred to the bishop and the archdeacon of Uppsala or their substitutes.*

47:354r Laurentius Iohannis presbyter Strengnensis diocesis exponit, quod, cum ipse alias desideraret litterarum studio operam adhibere, et ad id facultates ei non suppeterent, quibusdam fratribus monasterii Eskilstuna ordinis sancti Iohannis Ierosolimitani promisit se eorum ordinem, postquam in alio studio generali litteris operam dedisset, ingredi et profiteri velle, prout in quodam cerographo seu appodissa manu ipsius exponentis scripta reperitur. Et deinde dictus exponens in huiusmodi proposito continuans per septennium sumptibus cuiusdam monasterii dicti ordinis litteris operam dedit ac ad omnes etiam sacros et presbyteratus ordines se fecit sub titulo religionis huiusmodi promovendi. Cum autem, pater sancte, dictus exponens dubitans austeritates regulares sufferre posse huiusmodi propositum / mutaverit nec ulterius animum suum ad ingressum religionis alicuius inclinare possit cupiatque presbyter secularis remanere ac ipsi monasterio expensas successive, ut illas accipit, refundere et restituere intendat, supplicatur etc., quatenus ipsum a transgressione voti et mutatione propositi huiusmodi absolvi eidemque votum ipsum in alia pietatis opera commutari ac cum eo, ut presbyter secularis remanere possit, dispensari mandare necnon executores seu iudices defensionis sibi deputare misericorditer dignemini de gratia speciali et expresso, nisi cyrographus prefixionem tacitam vel expressam induxerit vel ex nunc inducat. Iulianus episcopus Brictonoriensis regens. Et reffectis monasterio expensis. Mercurius

---

361 Anno septimo domini Alexandri pape vi in *margin. sup. fol. 354r*, Rome apud Sanctum Petrum in *margin. sup. fol. 354v*; Rome vi Kalendas Iunii in *margin. sin. fol. 354r*; Strengnensis diocesis in *margin. dext. fol. 354r*. | 361,4 Ierosolimitani] Ierosolimatini *cod.* | 6 cerographo] i. e. cirographo | appodissa] i. e. apodissa (*vide GMLS*) | 15 etc] *scil.* (humiliter eidem sanctitati vestre) pro parte ipsius exponentis *vel sim.*; *cfr e. g. n. 119,19; 278,13; 341,8. | 21 inducat] inducant cod.*

*Sara Risberg*

auditor. Et committatur ordinario et archidiacono Upsalensi vel eorum  
vicariis. Fiat. Iulianus.